

ANNOTATA AD I. COR. CAP. IX.

B. Hülsemanno videtur Paulus propriè hic non agere de
δοκιμίᾳ seu reprobatione à gratiâ justificationis, aut gloriae æternæ, An hic de re-
quod alias sequeretur, Petrum aliosq; , utentes iis, qvibus abstine- natorum
bat Paulus fuisse δοκίμα, sed loqui de comparativa idoneitate ad δοκιμία?
Apostolatus officium, respectu infirmorum exequendum. Qvo sen-
su δοκιμή sumitur 2. Cor. IX. 13 & δοκιμή atque ἀδόκιμη signi-
fiant ratione objectorum de qvibus prædicantur, aptitudinem &
inceptitudinem ad certūm quoddam officium 2. Tim. II. 15. 2. Cor. X.
8. Sic Apelles vocatus δοκιμή cū sc̄i 15 R̄m. XVI. 10. Abstinens à
scandalō fratribus dicitur δοκιμή Rom. XIV. 18. Sic ἀδοκιμή
2. Cor XIII. 7. terra incepta & inhabilis ad segetem Ebr. VI. 8. Sed
non videtur admittendum, qvod o Mānār̄t̄ ibidem supposuit,
Apostolum in hisce similitudinibus unicè adhuc usum εἰδωλοθύ-
τα, vel rerum mediariū respicere, qvūm potiūs in genere cursum
& certamen Christianorum definiat, qvod è capitīs seqventīs οὐ-
νεχία satis constat. Qapropter recte B. Hunnius, B. Baldui-
nus, B. Weinrichius, aliiq; nostrates ex hoc loco contra Calvi-
nianos probant, renatos excidere posse gratia Dei & reprobos fieri.
Papistae autem temere hic qværunt meritum bonorum operum, qva-
si brabeum vitæ æternæ cursu & pugnâ nostrâ impetremus, aut
mereamur. Vita enim æterna donum est gratuitum Rom. VI. v.
ult. nec à nostro cursu, labore aut pugna dependet ullatenus
Rom. IX. 6. unde meta & præmium nobis destinatur, anteq; vam
cursum ingrediamur: Adeoq; non medium consequendi salu-
tem, sed modus tantum, seu ordo determinatus, destinatus
indicatur, qvo non nisi per certamina, labores, & tri-
bulationes ad eœlestē gloriam
traducimur.

An hic meri-
tum B. O.
adseratur.

•••(o)•••